Si uolueris durabilem tibi rei saporem non peruenias ad extremum rei saporo sq. sed aliquod omittas ex ea residuum.

Caueas in proelio non confidere in tua fortitudine solum & negligas rationabilem sensum: quia aliquotiens sensus sufficit eo modo quod non expedice. Verum tamen fortitudo a naturali sensu excusari non potest. In plio nō est tm in fortitudine confidendum

Eloquium sine opere est uelut inundatio fluminis submergens in se homines absq; profectu sui. Contra dicētes & nō facientes.

Mali moris est hominem suspitiosum esse & ppea mali uiuere. Contra suspitiosos

Nullarum delectationum huius mundi fruaris: quousq; inter sensum & rōem seu intellectum de predictis concordes: in quod non aduersentur sibi inuicem quia cum concordaueris alterutrum cognosces pulchrum & turpe qualiter differat. Contra delectationes.

Per tuam sciam qua percipis ignorari rem: secundi eam hēbis intellectum.

Contra laudis excessum.

Non commendes aliquid magis licito. quia
res ondit quantum comendationis me
reatur: & redundabit in tui defectum

Regna pdunt pp quattuor.

Qd si a Rege negligantur radices: & so
lummodo ad ramorum gubernacula in
tendatur Regna perduntur. Et ut for
titudinis attendatur fiduciis quae expediret
omissis operibus: Regna perduntur.
Et ut ad populationem terrae minime
intendatur: Regna perduntur. Et pp
diuturnitatem bellorum Regna pduntur.

Finis indignationis est erubescere de se
ipso

De sapienti.

Et interrogauerunt eum Quo sapiens max
ime molestatur? Respondit Quando coge
tur ignorantis uicinitatem hre.

Cum discretionem uideris perfectam in
aliquo: scias cupiditates ipsius fore debi
les & infirmas.

Natura animae famulus.

Natura est animae famulus si non infirma
bitur anima. & retrahat se natura a
famulatione ipsius alliciendo eam & &
trahendo eam ad oblectamenta mudana

Infirmitas uero animae est secedere a bonis

operibus.

operibus & malis inherere.

Debilitas animę cognoscitur: quũ homini de loco in excogitato prouenit bonum & malum de loco de quo non suspicatur.

De Anima

Rem non despicias modicam: quia potest incrementum habere.

Non arguas hominem dum est iratus: quia tunc eum redarguere non poteris.

Iratus non debet argui.

Non associes duos domi: Quorum alter alterum superare intendit.

Non leteris de casu alterius: quia ignoras qualiter tempora contra te reuoluantur.

Non est gaudendum de malo alieno.

Statue sensum tuum a dextris: & ueritatem a sinistris: & eris saluus & liber.

Nunq̃ doluit anima mea nisi tribus de causis. De diuite qui uenit ad paupertatem. De honorabili: qui despectionem incurrit & de Sapiente: quem ignorantis derisit.

De tribus est dolendum.

Non te associes malis: Quia reputant te male facere quando recedis ab eis.

Quando regnum procedit in melius: cupiditates famulantur sensui: & quando e contrario incedit sensus cupiditatibus famulatur.

Bona dispositio Regni

N on petas q̄ agantur opera illico si incongru
fiant. Quia quanto temporis opus perfici
tur homines non inquirunt: sed apta si
sint opera conuenienter exposcunt.

Bonus.

B onus potior est uno uerbo bono contentus:
q̄ si sibi stipendia multa darentur.

Boni danda non uilibus

T ua beneficia bona collata retributionem
expetunt. Et impensa uili ad plura pe
tendum inducunt.

Malus assimilatur muscae.

M ali sequuntur malitias hominum & pro
prias negligunt bonitates: uelut musca
sequitur ex cruore loca infecta: & sa
na omittit.

O portet sensatum in sui consistere proteruia
uelut qui mari uehitur: cuius corpus si
mortem euadit: nihilominus timore nō
eximitur cor ipsius.

Q ui de se non suspicit tueatur quod facit
& quod nouit: cogitans in omni suo cō
trario esse errorem.

Qualiter ignorans & insciens sit dirigendus.

D ecet sapientem non exaltare ignorantem,
sed humilietur ei inquantum deus ipsū
exaltari uoluit super eo & q̄ tenetur
suo posse retrahere ipsum de dubio ad

ueritatem. quia ui praue resistere est crudelitas & gubernare eum suauiter est industria.

B onus ex sapientibus aspicit ignorantem sicut respicit infantem cum quo pie agendum est magis q̄ acriter resistendū nec molestet eum ob defectum quem uidet in eo: & reputet se debere subire laborem pro rectificando eodem: Quia de melioribus huius mundi est: minus se scientem dirigere. Melius est dirigere minus scientem.

N on satisfit hominis uoluntati quousque duorum fuerit inimicorum amicus.

D uo disputatores ueritatem requirentes non habent unde se odiant in sua disputatione. Quia ipsorum questio est ad idem. Et si alter alterutrum uincere intendat in disputatione sua: unde se odiant causam habebunt eo q̄ ipsorum quilibet conatur alterum ad suum uelle deducere. Contra odium disputantium.

C um quesieris alicui aliquid & non concesserit tibi illud: de te qui petiuisti erubescas potius q̄ de illo qui non concessit

tibi illud.

Sensus facit homines domari — Nitere acquirere sensum et sapientiam et dominaberis omnibus: quia ex hominibus sunt quidam speciales et quidam generales. Speciales vero cognoscent te melius per ea quae scis. et generales seu comunes cognoscent te melius per ea quae habes.

Regere alios vel gubernari — Non potest gubernare multos qui suam animam quae una est gubernare non potest

Primum quod cognoscit defectus Regis sunt oculi: quo magis invalescente in eo lingua movetur: et ulterius eodem super crescente movebitur manus.

Parsimonia — Peior parsimonia est quae committitur erga illum qui petere erubescit. Et gravior superbia est quae versus illum infringitur a quo non est damnificari securus

Aspice te a deceptionibus absolventem: et si obloqui coeperit de hominibus: non recipias deceptionis absolutionem ab eo: nihilominus tibi cavens ab ipso

O portet sensatum ut quod petere habet pr
tat suauiter & plane & modicis uerbis.
quia sanguissuga potest trahicere plus
sanguinis quiete sugens tinifice ob sua
inquietudinem : & ex uoce excitante
quem pungit. — De mo petendi similitudo de sanguissuga

D ebilem animam tede leniter eius que
diligit : & aperit facile secretum com
missum sibi. — Anima debilis

V ita animae est ex suis bonis operibus eu
intibus eam a morte Quia mortem n
patitur ipsa : nisi ex malis operibus: nec
aliquis potest eam occidere sicut corpus
occidunt: cum sit sublimior & nobilior
eo: & corpus ipsa intuatur & corpus
non eam aspicit. Quia subtilior est eo — De morte aie

EVM Cognosce & timeas. Ni
tere ad sciendum bonum. & ad os
tendendum alijs magis q in tuis neces
sitatibus quotidianis habendis . T. — Quid petendu a deo

N on petas a deo quod non est utile semp.
set petas bonum durabile tecum semp.
sciens etiam q causae malorum sunt

multiplices. Non diligas bonam uitam solum uno modo: sed diligas bonum in toto.

Infoelix — Infoelix est qui sui finis est immemor: a sua malitia non diuertens.

Statim ē bñfa
nrn̄ merentib; — Non statuas tua lucra in rebus existentibus extra te. Nec expectes merentibus benefacere quousq; requirant illud. sed eis benefacias de te ipso.

Quis ñ sapiens — Non est sapiens perfecte qui in aliquib; rebus mundi huius laetatur. Nec qui desperat in aduersitatibus suis.

Cont̄ garrulos
et loquaces — Vilitas humani sensus in multiloquio noscitur eorz qui non conferunt: et in relatione rumorz super quibus: nec sunt requisitus nec monitus. Cogita pluribus uicibus deinde loquere et fac quia res de facili permutantur.

De Ira. — Non irascaris subito Quia si feceris assueueris dominabitur tibi ira.

Cito dandu
paupere — Si concepisti aliquid dare indigenti noli crastinare. Quia quod te contingere debeat ignoras. Delatum adiuuas: nisi mala opera eum deferant

N e sis sapiens dicto solum: sed facto et quia sapiens tantum verbalis perit in mundo isto.

Q ui bene operatur licet taceat pro nobili reputat deus. Et orationes et sacrificia eorum ex malis operibus reputat vilia. Orationes et uictimae malorum non placent deo.

S i benefaciendo laboraveris: labor annullabitur. Bonum quod feceris perpetuabitur. Et si delectationem habueris ad peccandum annullabitur delectatio et peccatum remanebit semper.

De fine. Quid erit homo post mortem corporis

M emor eris diei quo vocaberis. et non audies quod loquar. Lingua silebit cogitatus deficiet. Obscurabuntur oculi et in terra consumetur humanitas: et corrumpentur sensus. Ita quod tui corporis odorem ferre non poteris. Nec senties qualiter vermes putredinem tui corporis sugant. Memor eris etiam quo ad locum ibis. in quo nec amicus nec inimicus tibi valebit. et in quo sunt domini et servi aequales. Ergo conare ad bonam disciplinationem quia quando erit recessus tuus ignoras.

De loco hominis post mortem.

Scias tamen quod inter dei donaria. Sapientia excellentior est

Retribui bono & indulgeas malo. Meditari iugiter in tuis agendis: mittens ad illa intendere. non confidens in aliquo huius mutabilis mundi. Nec uelis aliquid agere tempore non suo. ob delectabilia lucra. Et propter huius mundi uariabilis hylarem lasciuiam: non deseras alacritatem aeternam.

De letitia sempiterna.

Viuendi modus.

Diligere sapientiam & audias sapientes. Obedias domino. Non agas aliquid nisi tempore suo. Et si tempore suo feceris: nihil ominus qualiter feceris attendas. Nec inutile proferas uerbum. Et si utile protuleris in proferendo cautelam apponere.

Non propter diuitias te extolles: nec rebus desperes sinistris. Componas te apud omnes: nec aliquem humilitate despitias. Si quid agere non reputas malum. non uituperes alium cum fecerit. Non debes uelle laudari de eo quod in te non est. nec facias aliquid ob cuius factionem uituperteris.

Oportet te facere quod decet. licet non ti
bi mandetur. et uites quod non conuenit
licet non inhibeatur.

Oportet sensatum ex se scrutari et reputa
re errorem suum magnum: et suum rec
tum agere modicum.

Turpe est quod sicca excidamus a uineis: et
a nris animabus cupiditatum superflu
eximamus. Et corpus prohibeamus a mul
titudine cibi ob sanitatem ipsius. Nec pro
hibeamus nos a multitudine uitiorum ob
salutem animarum nostrarum [illegible]

Similitudo de cultura uinee corporis et anime.

Qui nobilitatem sui generis anime suae
nobilitati adequat ille censetur bonus.

Qui uero nobilitatem anime despicit solu
bonitate paterna contentus uituperatur
proinde quamlibet meliorationem de
merens.

Non emas seruum multe cupiditatis: quia
incontinenti alium appetet preter te hr
dominum. Nec fortis irae. Quia ui
lipendet dominium. Nec magni sen
sus Quia contra te fraudem aliquam co
mittat.

Qualis seruus sit emendus.

Non exultes propter ualorem quo excedis tibi similes. Quia hoc fructum tuae meliorationis absorbet.

Si Regi magis alio fidelis extiteris: et stipendia tua illius stipendiis fuerint aequalia. Non doleas: Quia tua dubitabilia erunt: sua non. Cum sui patebit negotium.

de Inuidis et murmurantibus

Si aliquis inuidet tibi propter bonitatem tuam: et nitens propterea tibi obesse. deferendo te quod dixeris quod non dixisti: non respondeas sibi modo quo meruit ut uiam non inueniat rationabilem per quam tibi mala procuret. qua nō deficit satagenti.

Non est idem recti opus in temporibus diuersis. Nitaris uerumtamen opa esse iuxta qualitatem temporis in quo eris non derogando propterea fidei. nec bonis moribus Quod si hoc facere nequeris ab eis desistas Alioquin magis perdes in animi tui offensa. q̄ in opere ipso acquiras.

Benignitas domini.

Blandiaris hominibus tempore tui domi

ny : quia cum hoc preualebis eorum cor-
dibus qui a te declinare cernuntur :

Non potest quisquis cum suo amico conser-
uare amorem : nisi qui est suauium mo-
rum · amicos sustinere ualens errantes · Quis conseruat Amicitiam :

Conuenit sapienti eligere homines ad sua
beneficia . sicut ipsi eligunt bonas terras
ob incolatum ipsorum . Modicum errorem
non despicias licet fiat cum pluribus rec-
tis operibus · quia error est sicut humor Paruus error est sic malus humor
malus : qui licet uincatur ab alijs chimis
contrarijs : tamen nisi a corpore expella-
tur . uerendum est ne preualeat alijs chi-
mis aliquibus interuallo temporis eius
aduentus ·

Cum seruieris alicui domino Noli fieri aequa- Qualiter uiuendum cum dominis :
lis sibi : nisi in fide : in sensu : et in patientia
In alijs uero nequaquam . Caueas ne te aspi-
ciat sibi aequalem in statu aut ueste
aut in suis delitijs ·

Non uult dominus a te seruiri : quia reputes
amplius eo scire . Sed reputes te uelut Seruus est domini forceps ·
forceps qua ignita demuntur non possi-
bilia digitis apprehendi : Ergo quanto

sciveris magis eo in illo de quo sibi servi
eris: tanto magis humillimus ei existas

Qualiter cognoscat homo.

S i volueris scire naturam alicuius super
aliquo: consulas eum. et ex hoc cognosces
suam iniquitatem vel aequitatem: et
suam bonitatem vel malitiam.

N on indiget ingenio. nisi querens magis eo
quod potest.

V iles reputant propter bona quae agunt homi
nes obligare et honorabiles reputant se
debere secessisse. et propterea se exonerant
tanq̃ si exsolvere deceruerunt.

De gravium actione.

B onus gratificat de bonis receptis iuxta pos
sibilitatem conferentis: et satisfactionem
recipientis. Vilis vero non gratificat nisi
iuxta q̃ntatem beneficiorum.

Contra laudes hominum et adulatores.

C um homines tuas numerabunt virtutes
malitias tuas attende in te ipso latentes.
Et confidas magis in eo quod in te conspi
cis: q̃ in eo quod homines dicunt.

C um viderit dñs animum suum reputari
conveniens in his quae solebat extendere

i

manum contrahere. et in bonis quae con
ferre solitus fuerat aggravari: non tñ

ex aliquo contingenti defectu. Scias quod uenturum est aliquod quo humiliabitur status ipsius.

Poena liberalis poenam suam merenti est bona sua solita non conferre. Et illiberalis poena seu parci est obesse non diligenti eum, eo quod numquam alicui benefacit.

Contra Iram

Cum litigaueris cum inimico non obedias irae: quae magis tibi inimicatur quam sibi.

Cum posse habebis uites iram quia non permittet tibi inspicere finem. Ymo mitaris eos qui uexantur iniuste tueri: et infortunatis prodesse.

De prosperitatis tempore.

Cum exaltabitur status tuus mitare blandiri hominibus. Quia illud est ualidius castrum: et arma quae haberi poterit fortiora.

De uindicta

Aduersarium tuum contra te machinantem: nitaris ad aequitatem reducere. potiusque procurare uindictam. Nam uindicta est utrique damnosa. Et praeseruans aequitas utilis est utrique.

Bonitas assimilatur palmae.

Bonitas palmae assimulatur quae fructus

tarde producit: & uix temporis diuturni tate corrumpitur.

Nota. Homines huius mundi sunt uelut homines conducti ad opus aliquod faciendum quorum unicuiq; concessa est quaedam comitiua ad eorum auxilium in opere ipso. Vnus tamen ex eis conatus est ad perficiendum opus sibi commissum: nec intendit in alio: ymo bene procurabat sibi seruiri a comitiua stabilita sibi

De sociis inbus. Primus. compellens eos & dirigi eos fecit: donec opus eius completum fuit. & bene euenit sibi de laudabili expeditione ipsius Quare reputatur sapiens. cum iuxta suam

Secundus. scientiam sit laudabiliter operatus. Et alter uisus est facere quod socius fecit: sed habuit impossibilitatem satisfaciendi: de mercede suae comitiuae: & licet adu laretur et blandiretur eis: nihilominus damnificatus est in opere suo: & iste est

Tertius. delitiosus. Tertius uero rexit se auxi lio societatis suae quibus pro uoto merce dem exhibuit usq; oblitus est omnium quae commissa erant sibi: & dum post

modum uellet incumbere operi sibi commisso. non ualens perficere destitit. quia male successit sibi: est iste ueniatus in cupiditatibus

Qualiter homines sunt reducendi.

Reduc homines ad aequitatem suauiter. Alioquin eris in labore et pugna cum eis.

Auarus est gratae receptionis: et immoltae detentionis: et hoc deputat loco beneficij. Et aliquis eorum magnanimus reputat unum melius altero. Nam appretiatur potius bene recipere et non dare: quam dare et male recipere.

De Secreto.

Laus quadruplex hominum.

Debilior inter homines est qui impotens est suum celare secretum. et robustior est: qui potest suam uincere iracundiam. Et sapientior qui suam scit abscondere paupertatem. et temperantior est cui sufficit quod habet.

Quod non nocet nemo feliciter audet.

Nolo seruiri ab aliquo de eo quod non inest a natura sibi. Licet debito teneatur quia plurimum tecum turbabitur cui laborare oporteat in faciendo eo: ad quod non est aptus.

Contra adulatores — Non te cogat cupiditas adulari hominibus quia perdes de beneficiis animae magis eo quod lucrabis de eodem.

Conditio mali temporis — Cum deterioratur tempus uirtutes despiciuntur. & utilitas & uitia comendantur & precio habentur & timor diuitis pauperis timore maior existit.

Liberalis aurum deridet in obitu ipsius & auarus deridet liberalem in paupertate ipsius.

Ira cupiditas & affectus animae habent in se quantitatem quandam quae dirigitur & gubernatur hominis status: & in qua quantitate excedunt prouenit nocumentum. Nam ira assimilatur sali quo cibaria condiuntur qui si fuerit decentis & moderatae quantitatis. cibaria apte parantur. Si uero magis cibarium deuastatur. & similiter se habet in aliis uirtutibus.

De sale & Ira

Est quoddam regnum quod assimulatur puero. quoddam iuuem & aliud seni assimulatur. Verbi gratia. Si prouentus Regis sumptus excedunt ipsius &

Regnum comparatur puero, iuueni, seni

familiæ regnum illud dicitur pueris. q̄a ostenditur durabile satis. & si æquent inuicem prouentus & sumptus dicitur iuuenis. & si sumptus redditus superant dicitur senex diminutis uiribus: quod regnum est modicæ durabilitatis.

D ecet Regem satisfacere de stipendiis stipendiariis suis sibi seruientibus: alioquin societas sua despiciet eum & dominium suum — De stipendiis.

R ex regnans in rectitudine & iustitia secretorum sui populi Rex est: & regnans cum iniquitate & uiolentia ostendunt apparenter eum uelle libenter esse in regem eorum tamen ueraciter uotum inclinat ad alium qui dominetur & regnet in eis.

O bedias benefacientibus & aliquid concedentibus tibi: quia hi sunt domini tui.

A liqui Reges habent pro bono conseruare semper statum unius generis ex subditis tantum: & in hoc ualde fallunt & errant. Quia unum genus hominu non necessario est in conditione statu — De statu hominum mutando p. Reges.

eodem. ymo minuuntur bonitates ipsius similans terrae in qua seritur continuo semen unius n[i]: quod temporis processu corrumpitur & mutatur.

Familiaritas nimia parit contemptum

Oportet dominum secedere a populo & non familiariter conversari cum eis. Alioquin despicitur: cum de natura populorum sit despicere se invicem & conversantes cum eis: unde quemlibet conversantem unum & idem reputat sibi ipsis

In uerecundia in quoque est coecitas quaedam sui cogitatus: eo quod non cogitat in rebus emergentibus sibi: & propterea agit sicut habens debilem uisum qui res modicas & minutas non uidet: sed alter intuetur easdem.

Bonitas Regis in multis

Et ait Bonitates Regum sunt secundum dispositionem aspectus & considerationis quos hinc ad leges suas. & eorum a bonitatibus defectus est iuxta quantitatem recessus ab eis. Nam per observationem legis & intuitum ad eam conferunt ipsi Regi quae popularibus conferre te

nentur: et debent. Et cum ab eisdem au
ferunt quae habent auferre: et dum non
habetur ad legem intuitus uel respectus
Et si auferunt a populo quod auferre
debent ab eo: et ad quae tenentur eis Re
ges debitum non impendunt. Propter
quod Reges ydem extunc iustitiae repu
tantur auctoritate priuati.
Illi quos magis Reges diligunt sunt hi
quos sciunt acuti sensus esse et cupidi
tates uicisse.
Errores uelocius impedientes sunt. Error Error:
in nauium gubernatione: et in obstruc
tione domorum Regum: et in pugnarum
ordinatione commissus.
Quem pater nec instrui studet nec instruit Filii sunt docendi in aliqua arte:
artem uel scientiam quibus aliquid lu
cretur seu proficiat filius: ille non tenetur
necessitatibus respondere patris.
Cum Rex aduenerit et tibi sit tua petiti
o minor grata receptione ipsius: et quando
cum eo ad partem secesseris: loqui super
tuis non procures agendis: ymo ea referas
quibus satisfacias uoto ipsius.

Qualiter loquendum cum Rege — N on referes coram Rege inimici sermonem aliter q̄ fuit prolatum nec eum ornes in aliquo: ne forte ꝗ mentiaris et habeat te suspectum.

Ad superbiam uitandam — C um in utilitate Regni processeris magis alio tibi æquali propterea ꝙ melius agas: eo superbire non debes, quia ex hoc minus reputabitur quod egisti. Nam niti debes ad concupiscendam animam tuam in inuidia: et acquirendum hominum corda ut ipsorum fruaris amore.

Non uituperes quod laudasti — A d uituperandum illud quod laudasti non redeas ymo sustineas curans applaudere: quia ex eo quod prædixisti uideris obligatus eidem.

P atitur deus iniquum usquequo uiuit contra statuta legis contra quæ cum uenit opponit se ibi et destruit eum:

E t cum eloquium cohæret uoluntati loquentis quiescit auditoris uoluntas. Alioquin non potest suum amplecti sermonem.

A quibus senibus consilium querendum — C onsilium non petas a senibus quibuscumque

53 . libellus .

deprimere moliuntur.

Mori honoranter est melius q̄ in uita uitupe rose transire. — Mors bona melior est uita turpi.

Deus suos morti preuenit qui Regi repugnat. Et Rex qui sibi opponitur suum perdit honorem.

Pauper moritur qui mundu maxime diligit & diues moritur qui non diligit eum. — Nota

Sapientia non generosi est honor ad qua quis decenter resumi non pōt: nisi quem per iacturam concupiscentia ducit. Auaritia honorem dirimit quem patres antiq̄ construxerunt. Insipientia & sotius prauus: qua sic affectis per eam mors parua censetur.

Oportet Rectorem seu gubernatorem sui populum non thesauri loco seu hereditatis tenere. Sed ut consanguineos & amicos: nec in his que ab eis excipit per uiolentiam delectetur: sed ex eo quod ab eis assequitur ex recto. — Contra dnos extorquent a subditis iniusti.

Qui heres iustitie non habet unde aliquem uereatur Quare dixerunt aliq. q9 iusti non habent ex quo deum formident ex — Iusti nullum timent.

E

quo quod uoluerit imitantur et suo obe
diunt mandato.

Rex.

Si Rex iustus non est: non est Rex: sed pre
do et spoliator uiolentus.

Duo modi obedientium.

Et castigans Alexandrum dixit. Mali ti
more obediunt. beneficio uero boni. Igi
tur hos duos modos agnoscens. Libenter uni
benefacias. Reliquo uero poenam insti

Ira

gas. Tua etiam ira non sit nimis aspera
nec lenis plurimum. quia una stupor
consequitur mores: alia pueroꝝ.

Ex tribus honorantur Reges

Et significauit Alexandro epla sua: tri
bus de causis Reges honorantur. Ex le
gum institutione bonarum: Ex bonis re
gionibus conquirendis. et ex deserta
rum populatione terrarum.

Significauit etiam ei dicens. Opera ho

Cont. austeros.

minum non ad imaginem discutias.
Quia cum homines non possint errori

puniendi modus

bus omnino excludi si multum exami
nentur distincte. confundetur sua dis
cretio. Igitur ab aliquibus errorum
auertendi sunt oculi ad indulgendum
eisdem. His uero prius existentibus.

corda diriguntur ipsorum et procedunt ad melius facta uia. Et cum puniri contigerit aliquem: non te uelut ultorem uindictam sitientem ostendas: sed uelut rectificationi conantem. Et in hoc medicos imitari q quanq sciant infirmos plurimum ex morborum quos patiuntur molestijs eos pati. culpantibus ipis qui nec agenda agunt nec omittenda omittunt: nihilominus non curant eos medicaminibus asperis eorum quae comiserunt in poenam sed eos leniter et blande mederi conantur.

Similitudo de punientis et medico.

Et transiens per quendam manibus mutilatum dixit Qui alios non suo priuauit est suo priuatus.

De malefactore

Qualiter amicus erit alterius insipiens qui non est suimet ipsius amicus?

Et dixit Alexandro Benefaciendo populo dnieris. Quia tuum dominium durabilius erit proinde: q esset aggrauando eos dnm. Nam cum eorum dominareris ante corporibus. Deinde dnaberis animis propter beneficia quae concedis. Et scias

De dominio.

Levis ad verba levis est ad facta

quod populus dictus praesumptuosus facile ad facta collabitur. Igitur miserere quod non labatur ad dicta: et sequitur quod non ad facta labetur.

F oelix est qui alio castigatur.

R oborate animas vias cedentes concupiscentiis quae debiles surripiunt animas contra fortes possibilitate carentes.

De vilitate

N il est quod minus valere faciat aliquem sicut bona improperare quae facit.

De addiscendo

E t dixerunt ei. Vos sapientes et quoque discere quaeri pro malo non geritis. Respondit. Scire valde utile reputamus pones quemcumque repimus illud.

Q ui benefaciendi posse non habet saltem a male faciendo abstinere nitatur.

Quid plus diligendum

V eritatem diligimus et Platonem. Sed rectius est diligere veritatem.

E t dixit discipulis. Aures habete quattuor. Duabus audiatis quod proficit: et non proficientibus duas reliquas relinquatis.

E t dixerunt ei. Quid est ex rebus utilius? Respondit. Emissio mors pravorum.

De furor iracundiae et eodem corde furoris.

I n sua turbatione aliquem experiri non

expedit nisi cum fuerit in suo dominio uel i in aliquo potentatu.

E t quadam die platonem uidit iratum. Cui dixit. Magr̃ ad Quid es iratus? Rndit. Ex uerbo quodam quod quidam dic retulit fidedignum. Rndit. Aristoteles. De quo uere sperandum est. non est maliuolentiae dignum. Et dixeram re bus singulis multo est leuius modicum nisi inadeptione scientiae quae quanto maior fuerit est leuior ad portandum.

C ui dixerunt. Quae sunt ad lucrandum oportuna discreto? Rndit. Quae nau fragando eodem in mari cum eis natando euadere potest nudus.

O portet ex scientiis eligere melius sicut apes efficit quae elicit meliora ex flore.

E t habens ipse quandam hereditatem nobilem quam et qui in ea esset sollicitus commendabat eodem anno nunq̃ uisitauit eandem: cui propterea taliter retulerunt. Quare tuam non requiris hereditatem? Rndit. Quia non acquisiui hereditatem ut eam: & ut meipsum requirerem & ultas

Scia. non est pondus

Lucra discreti

De Ape

De hereditate Aristotelis.

intendo acquirere hereditates hoc modo.

Et dixit cuidam iuueni sciam pigritate perquirere. Si pro inquirenda scientia laborem non tuleris: detrimentum scientia patieris.

Et dixit cuidam ex discipulis Fili non nisi te cum noscenti seipsum associes. quia degere bene non potest in uita qui se associat ignoranti seipsum.

Animus semper procliuius ad uitia scientia non recipit incrementum

Concupiscentia corporis non culpat sed anima

Ob concupiscentias suas corpus non increpa. cum hoc sua natura requirat. sed animam argue qua quod decet et dedecet intendit et nouit et corpori dominatur et eum gubernat.

Fornicator laudari non potest. nec esse illaris iracundus: nec liberalis inuidus. nec cupidus: diues.

Sicut aurum igni: Sic homo suis probatur operibus

Non cito credendum

Quidam ex discipulis male dixit de sotio asserens. Cui dixit. Contra eum non crederem uerbo tuo: sic contra te non con

Antiam uerbo suo.

Et dixit ei quidam. Dictum est mihi quod malum contra me dubitasti. Respondit, Te non tanto precio reputo: quod ex tribus infrascriptis unum omitterem.

Cont. murmurantes

cogitasti

Et dixit ei: Quae sunt illa tria? Respondit. In aliquo sabili cogitare: aut in aliqua delectationum exhillarari animam: et tractari in aliquo opere bono,

Cum addit ad scientiam bonus discipulus est contentus. Malus uero cum de ea diffidit.

Sicut pluuia pullulare facere non potest in lapide gramen Sic ex multo insipiens studio assequi profectum non potest

De Studio

Hominis lingua suae discretionis est scriba. Quia quicquid dici uoluerit ipsa scribit.

Et uidit quendam conualescentem qui superflue comedebat Et dixit ei. Ex multitudine ciborum corpus subintrantium uires non crescunt. Sed ex multitudine conuenientis eius quod ex eis recipit conualescunt,

De abdomine

E xperientiae corripiunt hominem et prae
dicant mutationes dierum.

Sapientia

S apientia exornat diuites diuitias: et pau
pertatem occultat.

C ui dixit quidam. Quid est bene loqui?
R ndit. Dicere modicum rõni completum
et uidere laudabiliter et contestim

Alexander

E t scripsit Alexandro. homines se reputa
bunt fortitudine urã contentos. ex urae
magnificentia uoluntatis: et propter
uestram mansuetudinem uos amabunt
Qd si utrunq: iunxeritis: utrunqz com
prehendetis affectum

S ignificauit etiam ei. Eratis quondã no
bilis dominus et adhuc ad nobilius urm
procedet dominium, si urm aedificaue
ritis populum. tunc enim laudabilis po
puli eritis dns. et non uituperati et pra
ui. Nec urm sit praedicationis domini

Contra malos dominos.

um. Homines enim cum praedoni dno
non sunt ut liberi, sed ut serui. Et qui
seruorum magis q̃ liberorum uult dns
esse: assimilatur ei qui bestiarum esse
pastor prius eligit q̃ uirorum. Nec est

apud Regem minus detencius q. preda-
re: cum Regis interfuit uice patris se
gereret. Rex n. Persarum a culmine
sui dominij satis depressus extitit. Ex
quo coepit seruos nominari subiectos.

Et dixerunt ei. Quid est quod dicere n.
conuenit et licet sit ueritas. Rndit
Hoc esse laudare seipsum.

Qui ueritatis aliquid expresserunt oportet
gratis habere. Quia ex illo modico nos
habilitamus ad multum.

Quo animalia singula homo transcendit
est ratio: ex qua igitur non loquetur: ef
ficitur bestialis.

Inter omnia quanto magis nouum est
aliquid est melius. nisi amor qui nouo
melior inueteratus existit.

Bibere consueueram et sitis inualescebat
Sed deo cognito non bibi et extincta
est sitis

Et dixit ei aliquis Dne scientiarum quid
est primum quod discere debet querens
sapientiam. Rndit Quia anime
est scientia minera. Quis scientia

Subditi n. dent esse serui.

Amor antiquus est melior.

De siti et noti(tia) dei

primo querenda est.

De aūr scientia — Anima est qua sapientia fundatur et diuinitas illustratur. Et dixit iterum, Quibus inuestiganda est. Rndit. Cum aīa semetipsa. Et dixit. Quomodo potest anima per seipsam inquireri seu inuestigari. Rndit. Sicut querit infirmus a phisico pro egritudine sua. et sicut cecus querit a circumstantibus de colori suo. Quomodo non intuetur anima

De Anima. — semetipsam et est mater scientie. R. Cum anima sapientia caret: nec se nec alium ualet cognoscere. Sic uisus nec alterum uidere potest luce absente.

Omnia proprietates hnt: et proprietas

Quod congrua causa est rnsionis. — dilectionis est eligere bonum

Non debet quis argui quia non rndet querenti quousque sciat si bene questitor quesierit eo quod congrua questio rnsionis congruentis est causa.

Ascendit per erfectum labore. — Qui quod acquisiuerunt dnij lucrati sunt cum labore per uaria pericula transeuntes boni finis existunt. Et qui creuerit in gaudijs nunquam sentientes aduersa pa

tiuntur e contra. Et signum est in hoc quod uillas multo labori populari uidemus et delicijs multis depopulari et destrui. Nam cum delicijs nec Regna procedunt nec populi diriguntur. — Contra delicias

Verborum acceleratio illico facit errare.

Miror in eo in quo non sunt bona quae de eo feruntur: et tamen acceptat. et de eo de quo mala proferuntur quae in eo non sunt: et inde turbatur. — Mirandum de duobus. Contra laudes uel uituperia

Qui alicuius operis dulce gustat labora do pro eo propriorum interssuum amarum tollerat. Et quem alicuius delectatio non inuenit: inualescere in eo conatur.

Non te geras uice cribelli qui retento fur fur. farinam emittit.

A conchilijs marinis medullam: aurum quod ex terra et sapientiam a quocumque excipe ferente.

Gubernare populum non conuenit puero nec ei qui est mundanorum negotiorum ignarus. nec suam imitanti concupiscentiam. Nec ei qui plurimum uincere concupiscit. — Quis non debeat populum gubernare

Non est dria inter puerum aetate & puerum moribus. Quia mores hominum non pendent ex tempore: sed ex eo qd in suis actibus semp concupiscentias imitantur.

Cont concupiscentias

Qui concupiscentias ubi qn quantum & ut conuenit non imitatur, bonus ad gubernandum existit.

Necesse est qq ad hoc qd sit bonus uel qd sit per se habilitatus ad ueritatem sciendam & opandum pcam uel quod ab alio discat. Quia quia per se intelligere non potest per alium apprehendere: bonus esse n potest.

Bonum

Bonum dicitur dupliciter. Vnum e in corpore. Aliud in anima. & tertium extra corpus. Nobilius tamen inter omnia est animae bonum, cuius boni forma in bonis appareat operibus Et in acquirendo huius bono & usu ipsius foelicitas consistit.

Necesse habere diuina foelicitas bonis existentibus extra corpus Quia difficile est homini pulchra opera agere & qui mlta sunt & ipsa despicere sicut diuitem esse

& parentatum & propterea sapientia indiguit gubernatum auxilio. ut suam nobilitatem ostenderet & etiam ueritatem.

Procreantur in homini patientia l sapis longo tempore addiscendo & boni mores & ex bonis consuetudinibus procreantur. *Prefectus in bonis moribus*

Superhabundantia & defectu opera corrumpuntur. Quia sicut paucitas & multitudo ciborum formam sanitatis corrumpit & ipsorum temperantia sanitatem efficit. auget & conseruat. Similiter mores & corrumpuntur superabundantia & defectu. Sicut timor & audacia. Nam aliquis ad omnia timidus est. alter intrepidus & audax ad omnia. & fortunatus est robustus & temperatus est qui ad nullum extremorum accedit *In extremis uitium In medio uirtus*

Oportet nos agnoscere signa que mores hominum ostendunt ex delectationibus & tristitiis quae suis recipiunt operibus. Nam qui delectationibus corporalibus abstinet sibi ex hoc placendo hic dicitur temperatus & qui abstinet sibi ex hoc plus

cendo propterea est ambitiosus: et alii mo
res omnes eodem modo se habent.

Cognitio sine opere non ualet.

Q ꝫ plures bona cognoscentes opera et non
operantes, bonos se extimant. Sed tales
sunt uelut infirmi qui accedentes ad con
silia medicorum nihil operantur ex ipsis
et propterea sicut horum corpora infir
morum sunt a sanitate remota: ita
anima predictorum sunt a foelicitate
longinqua.

Malum et bonum qualiter differunt.

B ene agere est res terminata: et tamen
est graue peruenire ad eam, et ad ma
le agere facile peruenitur. Quia recte
dere a signo est facile: et difficile perue
nire ad illud. Pluribus etiam modis
mali esse possumus. Boni uero non nisi
uno modo tenendo medium.

M ors est acceptabilior ꝙ turpibus operibus
uti.

Malum procedit ex defectu scientiae.

D efectus scientiae malitiae est causa: Eo
q ex ignorantia eorum quae agere con
uenit et quae fugere plures errant il
licitis operibus abutentes.

S enes inuicem se diligunt. Quia mutuis

operibus abutentes proficiunt sibi Pueri
ex oblectamentis multis amantes se adin De firmitate l. de
uicem cito se diligunt: et cito abhorrent. bilitate amoris
Nam delectabilium plurium impio amo
mutatur: cum delectationes sint in eis mu
tabilitatis festine. Et eodem modo bono
rum amor stabilis est et firmus: quia
sibi inuicem assimulantur in bonis: absti
nentes a malis. Prauorum uero non nisi
dum interuenit durabilis delectatio; a
mor constat.
F oelicitatis hominis complementum est a De acquisitione
micos acquirere. Quis n. solus poterit esse Amicorum.
foelix: cum foelicis perfectio sit benefacere
aliis quemadmodum infoelicis indigere
beneficiis aliorum.
C ui male succedit aut bene: huic etiam a Omnibus amici
mici est opus: Quia cum male successerit prosunt
amicorum eget auxilio: cui uero bene Indi Amicorum auxilio solatio
get solatio eorundem:
N on delectatur iniustitia nisi iustus. et
in Sapientia non nisi sapiens. Amicitia
non nisi amicus exultat: et qui bene
agendo aliquorum adipiscatur amicitias:

est boni successus. Et qui hoc acquirit ob cor
porales delectationes: decipitur. Quia cor
poralium delectationum concupiscentia.
consistit ex moribus puerorum

D eum recto amore diligens & amans sapi
entiam ipsius & opera bona: deus honorat
eum: & curiosus est eius & benefacit
eidem:

De fortitudine corporis
M ali fortitudine corporis pericula sustinet
Boni uero ex fortitudine animi et patium
Bona enim tollerantia in manuum uel alio
rum membrorum fortitudine non consistit
Hac enim patientia participant Sed patien
De patientia
tia bona est animae grauia sustinere peri
cula cupiditatum & uoluptatum propter
boni finis confidentiam quam intendit

E t significauit Alexandro dicens Ex quo
deus quod operasti quam obtinere concessit
inspirando eius acquiesce mandatis.

S cire est uiuere & ignorantia mori. Et i
deo sciens uiuificat: quia opera quae agit
intelligit. Et insciens quia non intelligit
quae agit. opera mortificat et annullat

Homines rationis absq: disciplina informatoi intelligere non possunt. Sicut eorum uisus formas uisibilium absq: luce uidere non possunt.

Antiquitas temporis opera facit senescere. Finit uestigia. famam delet. nec remanet nisi amor: qui ex bonis gestibus preualuit hominum cordibus. Quem filij a patribus suis hereditant. Nitere igitur ad bonam famam quae nunquam deficit. nec abest a cordibus hominum. cum hoc omnino tua bona fama et nobilitas perdurabit

Antiquitas.

De bona fama

Insipiens est similis cadenti in aqua. igitur a longe muneas eum. et non approximans Quia si euadat lucraberis. et si moriatur nil perdes. Quia te remotum ad moriendum cum eo trahere non potest

Similitudo

De leuitate Insipientis

De Casu.

Mendacium est animae infirmitas quae ratione mediante curatur. Quia nunquam mentitur ratio.

Et quodam introeunte ad eum uidit coram eo sportam cum passulis: et interrogauit eum. Quomodo emisti. At ille mensuram sibi dari precepit. dicens Hac mensura

metiti sunt eas. Et posuerunt in Sporta.
Cui dixit ille. Non de eo quero sed pro q̃
to emisti. Et tunc Rndit pro tanto. Sed sci
as qualitatem aliud q̃ quantitatem esse.
& quolibet ipsorum proprio nũo egere.
F irmior sapiens est: Qui sibilia non accep
tat priusq̃ intelligat. Et allegator melior
melior est: qui non refert referenda: nisi
Relator de prouidentia melior est. bene praeuideat. Et melior artifex est qui
ad opus non accelerat: quousq; bene ipm
discutiat. Nec est aliquis qui in cogitando
tantum rancoris hr̃e debeat: sicut sapiens
in sapientia: quam intendit. Nam ne
cesse habet praeuidere bene in illa priusq̃
sapiens teneatur: & conetur agonizare in ea
donec fructum uolitum consequatur. Et
cum collectionis fructus aduenerit: cum
dolere non conuenit: eo q; qui labores mu
di quos facit pro semet ipo perdi permittit.
& acquirendae sapientiae sustinet detri
menta: ut post mortem retributionem
recipiat: & deinde cum morti approxi
mat: dolet in ea qđ de eo rideant & ui
tuperant mereri tenetur: uelut q arbores

plantat: et ædificat aliquam domum et tris
tis & doloribus efficitur. de labore suo de
perficitur minime quod anxius expecta
bat.

E t miror illius qui de morte tristatur. scito
certe per eum q suis operibus retributionem
habere sperabat.

E t dixit discipulis Maius quod possunt
acquirere in acquisitionibus suis querentes
scientiam est. Quod docentes eas conentur
uera proferre: & audientes non nisi in
recipienda ueritate nitantur. Moliar
igitur in ueritate dicenda, & uos ad ea
apprehendendam moliamini toto posse.

.In docendo de ueritate.

uos.

I n plurimis hominum uincunt concupis
centiae rationem: quia cupiditates ab in
fantia comitantur eosdem. Rationem
uero non assequuntur nisi aetate perfecta:
propter quod ad cupiditates potius se
conuertunt. uelut amorem antiquiorem
magis cum eis q cum ratione habentes. Ra
tio est n. quasi peregrina in eis.

.De concupiscentia & cupiditate.

P opuli Reges. Sicut pueri magros abhor
rent: Quia hora qua disciplinantur

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

bona prouenientia inde non attendunt
sed senciunt distendi labores.

Alexander

Et uocauit Alixandrum ex quo erant a docendo eodem: faciens ei questiones super regimine magnatum & populi. Cui Alexander bene respondit. Tamen Aristoteles uerberauit eum uerberibus magnis. Quare interrogauerunt eum quidam ad quid uerberabat eum. Respondit. Pueritie habilitatus est ad regnandum ideo eum procurauit horrendum gustare saporem: ut ab iniusti se fruitione refrenet.

Alium rectificare si poteris cupias. sicut putas rectificare teipsum. Quia honor est & nobilitas anime tue.

De Aristotelis paupertate.

Et dixit ei quidam iuuenis. Quare es pauper. Respondit me non offendit mea paupertas. nec aliquid mali pertulit. & tibi mala plurima tue diuitie pertulerunt.

Et in libro celi & mundi inquit. Conuenit recte iudicare uolenti non odire sibi contradicentem: ymo sit sicut cognitor ueritatis: sic pro alio iustitiam diligat uelud pro seipso.

Mundus est

audiuimus: et tuum recipimus consilium
et absolutionem fallacie populi nri. prop
ter quod nra facta pro bono exponimus.
et cupimus te regnare supra nos semper
Nos n. non tenemus quod alius magis te
mereatur esse Rex nr. Et elegerunt et
sumpserunt in Regem et dominum: et
orantes benedixerunt ei. Quibus dixit
Alexander. Audiui orationem uram qua
propter me fecistis: et uram alacritatem
in efficiendo me Regem urum. Et ego
refero miam illi q concessit mihi amore
firmandi in cordibus uris obedire mihi q
complaceat mihi ut obediam ei: et quod
cum aliquibus mundi delectionibus n
me implicem: propter quas pro bonis ues
tris non me intromittam. Deinde mi
sit dicendo per suas lras magnatibus